

Aenēās nāvigat ā Siciliā. Sed Iūnō Aenēam ōdit. Iūnō vult Aenēam morī. Iūnō facit magnam tempestātem. Aenēās iam nāvigat ad Āfricam. Aenēās lapidēs videt et nāvigat ad lapidēs. Aenēās et amīcī lapidēs ascendunt et vident hominēs. Hominēs faciunt novam urbem. Multī hominēs lapidēs, lignum, strāmentum in urbem ferunt. Hominēs faciunt domūs!

Rēgīna urbis videt Aenēam intrāre et ad eum it. “Salvē,” rēgīna inquit. “Mihi nōmen est Dīdō. Haec est mea urbs, Carthāgō. Fer amīcōs ad aulam et cēnāte.” Aenēās amīcōs ad aulam fert et cum Dīdōne cēnat. Ascanius ad Dīdōnem it et cum rēgīnā sedet. Dīdō audit tōtam fābulam et est capta amōre.

Dīdō Aenēam amat et vult eum esse marītum. Dīdō ad sorōrem it et inquit, “Anna, volō Aenēam mē amāre!”

Anna respondet, “Dēbēs ferre Aenēam ex urbe et vidēre pulchram terram.”

Itaque Dīdō cum Aenēā exit Carthāgine. Subitō, est magna tempestās! Pluit multum! Dīdō et Aenēās in spēluncam eunt.

Post ūnum annum, Aenēās in Carthāgine ambulat. Subitō, deum videt! Est deus Mercurius!

“Pater meus est Iuppiter,” Mercurius inquit. “Iuppiter vult tē nāvigāre ad Ītaliā. Iuppiter vult tē facere novam urbem.”

Aenēās, perterritus, amīcōs et Ascanium ad nāvēs fert. Aenēās ad Ītaliā nāvigat.

Dīdō cum Aenēā nōn nāvigat. Eheu! Misera Dīdō est in Carthāgine. Anna et Dīdō fert multum lignum in aulam. Anna et Dīdō fert omnia relictā ab Aenēā in lignum. Dīdō vult facere ignem!

Sed Dīdō est misera. Dīdō videt gladium relictum ab Aenēā. Dīdō cum gladiō ascendit ligna et sē interficit.

Aenēās erat miser. Dīdōnem amat, sed Iuppiter exīre Carthāgine iubet. Iam in Siciliā est. Aenēās dormīre temptat. Subitō, Aenēās hominem videt. Est Anchīsēs!

“Pater!” Aenēās clāmat. “Sed tū es mortuus!”

“Necesse est venīre ad mē in infernō,” Anchīsēs inquit. “Cūmae est urbs in Ītaliā. Ī ad Sibyllam in urbe.”

Iam ad Ītaliā nāvigat. Subitō, Bubulus latrat. Terra est! Ītalia est!

Aenēās et canis nāve exeunt et urbem videt. Urbs est Cūmae. Aenēās ad templum it. Prope templum, Aenēās fēminam videt. Fēmina est Sibylla.

“Necesse est mihi īre ad infernum,” Aenēās inquit.

“Ī in silvam,” Sibylla respondet. “Cape rāmum aureum et fer rāmum ad mē.” Aenēās in silvam it et rāmum capit. Iam ad Sibyllam rāmum fert.

Itaque Sibylla Aenēam ad infernum fert. In infernō Aenēās multās umbrās videt. Iam Aenēās umbram Dīdōnis videt. “Ēheu! Dīdō!” Aenēās clāmat.

Dīdō nōn Aenēam spectat. Dīdō ad umbram marītī it. Dīdō et marītus exeunt.

Iam Aenēās umbram patris videt.

Umbra Anchīsae videt Aenēam spectāre Dīdōnem et inquit, “Tū eam amās?”

Aenēās miser respondet, “Ō pater, cūr nōn possum esse cum Dīdōne in Carthāgine?”

Anchīsēs inquit, “Fīlī, necesse est Trōiānīs ire ad Ītāliam. Novum populum faciēs. Ascānius novam urbem, Albam Longam, faciet. In Albā Longā erit vir, Rōmulus, filius Martis. Rōmulus novam urbem quoque faciet. Haec urbs erit Rōma. Rōma erit fortissima et optima. Caesar, nepōs Ascaniī, erit Rōmānus, et Augustus, optimus vir.”

Iam Anchīsēs Sibyllam et Aenēam ad portam somniōrum fert et Aenēās et Sibylla eunt ad terram.